

per experientiam saepius praecognitis, et a sua
indole antea notis.

§. 3. Hoc itaque modo medicationes morborum su-
scipiens, ratione et experientia ducibus, et exer-
citatione adjutrice, aegrotosque his dextre sanans,
exercitatus evadat medicus, ut merito hoc nomine
et honore gaudeat, qui ei debetur, ut sit medi-
cus multis alijs aequiparandus. Quo nomine Ho-
merus non unumquemque medicum dignum censet,
sed illum, qui tali modo exercitatus est, quem-
que Hippocrates et Deo assimilat.

§. 4. Verum frustra, heu! totus hic cum tempore
labor, ab iis qui sic exercitati sunt, consumtus
est; cum omnium artium nec ulla tam vilis, tam-
que objecta, et simul contemta sit, (in nostris di-
co temporibus et regionibus) ac ista; quamvis sat
difficulter possessa fit ab iis, qui cum et tempore
quidem longo, et laboribus vigilantibus, studio vi-
tam destruente, sudoreque nimio, et peregrinatio-
ne ad exterios, talibusque difficultatibus quam plu-
rimis, fibi eam compararunt. Sed cur hoc? plu-
rimi enim absque labore,